



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Confirmatio Prouincialis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

92 CONFIR. PROVINC.  
contra ipsos sententiam excommunicationis fulminari, tantum enim  
pœnam arbitriariam prædicta verba designant. art. 13.

Clausula, omni appellatione post-  
posita, intelligitur de friuola & le-  
gitima. Friuola autem est, quæ im-  
ponitur sine legitima causa, ut quā-  
do quis appellat ubi non est gra-  
uatus iniuste, seu sine iusta causa  
interposita, quæ nullum poterit for-  
tiri effectum iuris: Legitima è con-  
uerso. art. 4.

Clausularum, invocato ad hoc auxi-  
lio, si opus sit, brachij secularis, & sup-  
plentes omnem defectum, explicatio-  
nem vide art. 15. & 16.

### CONFIRMATIO PROVINCIALIS.

IN Ordine Minorum est Gene-  
ralis, & eius delegati, confirmare electum Prouinciale, aut etiam  
infirmare, si indignum nouerit; se-  
cūs, si aduerterit digniorē esse præ-  
termissum, cùm iure valeat electio  
digni prætermisso digniore. Nec  
necessariò debet præcedere examen  
dignitatis electi eius confirmationem,

N.C.  
commu-  
n enim  
a ver-  
ne post-  
a & le-  
uæ im-  
vt quâ-  
st gra-  
a causa  
erit for-  
a è con-  
oc auxi-  
& sup-  
licatio-  
I O  
s.  
Gene-  
nfirma-  
ut etiam  
erit; se-  
sse pra-  
t electio-  
e. Nes-  
examen-  
rmatio-  
nem

CONSEC. VIRGIN. 93  
nem, vt sit iuridica ( quod est con-  
tra Collectorem Compendij , ex  
Clementina exiit ) in contrarium  
enim est praxis recepta in Reli-  
gione , nisi manifestum esset dubium de sufficientia . art. 5. tom. 2.  
quest. 52.

CONSECRARE  
VIRGINES.

**V**elum nigrum est quintuplex  
Professionis , Consecrationis,  
Ordinationis , Prælationis , Conti-  
nentiæ siue obseruationis . tom. I.q.  
64.art.1.

Professionis est , quod fœminis  
datur 16. anno cōpleto , & hoc por-  
tant in Religione omnes professæ,  
siue virgines siue viduæ. Consecra-  
tionis est , quod datur an. 25. ætatis.  
Ordinationis est , quod secundūm  
Canones datur anno quadragesimo ,  
quæ ideo Diaconissa diceba-  
tur , quia dabatur ei aliqua benedi-  
ctio , ex qua accipiebat officium in-  
choandi Horas in Choro , & legendi  
Homiliam , quod aliis non licet;  
modò tamen non consuevit dari  
velum in hōc , neque expectari illa-

etas;